

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioann. Jonstoni|| Historiae Natvralis|| De|| Piscibvs|| Et Cetis|| Libri V||

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCCLXVII.


VD18 90529014

Illustration: Tab. XXV. Huso [...]

urn:nbn:de:gbv:45:1-11089



Huso seu. Antaeus stellaris.




Alius Huso. Hausen. ander art.




Antæus Rond:




Ein ander art Häusen. Rond



Orbis *Scutatus Rondel*
Schnoltöff



Ostracion prior Aldrov.



Ostracion ~~o~~ *America*

tumor durus, reduncus, erigitur, qui in omnibus continuatus corpus angulatum efficit, quod versus caudam valde gracilescit. *Pinnas* circa branchias habet latiusculas duas, sub ventre totidem, sed longe minores, binis fibris constantes. In dorso inter squammarum extantias concavo, duas contiguas, parvas, omnes nigris lituris pictas. *Cauda* in pinnum subnigram exiguam et rotundam desinit.

Dentes nullos habet, sed horum loco labia aspera, et in faucibus oscula aliorum in morem hirta. Frequenter circa Nortslandiam insulam Oceani Slevicensi Ducatui subiectam frequenter et per totum annum, in ostio Albis et Ederae saepe capitur. Incolae Steinbicker, Muller, et Bursbul vocant.

Vigilat squillis et aliis pisciculis. Habetur ob carnis dulcedinem in deliciis.

TITVLVS II.

DE L A E V I B V S.

CAPVT I.

De Husone.

TAB. XXV.

Aldrovand.
de Piscibus
l. 4. c. II.

HACTENVS de πόθενο θαλασσινού piscibus squammosis egimus, sequuntur non squammati seu *Laeves Huso* nempe, *Eperlanus*, *Lampetra*, *Anguilla*, *Orbis* et *Holosteus Bellonii*, *Husonem*, quem a domo quasi *Hauso*, Germanis dici Bellonius opinatur. Plinius forte *Marionem*, quem Danubio Porculo marino similem extrahi dicit, vocat; quidam *Esocem*, appellantur. Aeliano ni fallor est *Antaceus*, Germanicus. Magnitudinis est viginti quatuor pedum, et tantae, ut vix biga a tribus vel quatuor equis trahi possit. Vadianus magnitudinis pondro quadringtonitorum minimos quinquaginta, frequenter centum, ducenta, trecenta, vidit.

Dorsum habet asperum. Nullum os in capite, si Alberto fides, si aliis multa, in corpore parva et pauca, cartilaginea potius, quam solida. *Loco spinae dorfi* cartilago est, quae foramen habet magnum et vacuum, a capite ad caudam tanquam terebello perforatum. Adipem pinguedini immixtum sicut porcus. Similia de suo *Antacaeo* Aelianus. Cum aetate processerunt, ad maximi Thunni magnitudinem, in Istro accedere scribit, et tam pingui abdome esse, ut eorum ventrem lactentis suos fo-

tus serophae ubera dicas, siveque aspero corio tegi, ut eo perpoliantur hastae. Addit item capitinis medio a medulla ad caudam mollem et strictam membranam pertinere, ex qua ad assūm solem exsiccata, flagella ad concitanda jumenta efficere possis. E Ponto Danubium subit, et per centum quinquaginta milliaria Germanica, adversis suavibusque undis progrederit.

De ejus captura, ita quidam ad Gesnerum mercator. Mitto tibi, inquit, *Hulonis* piscis effigiem vivam. Is in Danubio, nec ubique, nec tempore quovis, capitur, sed quando migrat. Terra argillosa et pingui gaudet. *Capitur* fere ab autumno usque ad Januarium, spatium decem milliarium inter Viennam et Posonium, Presburgum vulgo vocant: ubi ad insulam Schutam nomine, cum arce minutissima, ultimus hujus piscis capturae locus est.

Viennae die Veneris plerumque quinquaginta vel septuaginta, et aliquando centum *Husones*, vaeniunt, qui integri fere distrahuntur. Copiosissima eorum capture fit in Wallachia juxta Chiliam non procul ab ostiis Danubii, quibus in mare Ponticum se exonerat. Inde falsi exportantur in remotas regiones.

P 2

Vadia-

Aelian. H.
A. lib. 14.
c. 26.